

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

P. VIRG. MARONIS MORETVM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

Infelix ego non illo qui tempore natus,
 Quo facilis natura fuit: fors ô mea laeta
 Nascendi, miserumq; genus, quo sera libido est.
 Tanta mea vita cordis fecere rapinam,
 Ut maneam, quod vix oculis cognoscere possu.

P. VIRG. MARONIS
 M O R E T V M.

I AM nox hybernas bis quinq; peregerat horas,
 Excubitorq; diem cantu prädixerat ales:
 Simylus exigui cultor cum rusticus horti,
 Tristia ventura metuens ieiunia luctu ^{caribus}
 Membra leuat sensim vili demissa grabato ^{indig.}
 Sollicitaque manu tenebras explorat inertes,
 Vestigatque focum, laesus quem denique sensi.
 Parvulus exusto remanebat stipite fumus,
 Et cinis obducta celabat lumina pruna.
 Admouet his pronam summissa fronte lucernam,
 Et producit acu stuppas humore carentes,
 Excitat & crebris languentem statibus ignem.
 Tandem concepto tenebra fulgore recedunt,
 Oppositag; manu lumen defendit ab aura,
 Et reserat clausa, qua praevidet ostia, clau.
 Fusus erat terra frumenti panper aceruus:
 Hinc sibi depromit, quantum mensura petebat,
 Qua bis in octanas excurret pondere libras.

Inde

Inde abit, assistitq; mola, paruaq; tabella,
 Quam fixam paries illos seruabat in vsus,
 Lumina fida locat : geminos tunc veste lacertos
 Liberat, & cinctus villosa tegmine capra,
 Praeuerit cauda silices, gremiumq; molarum.
 Admouet inde manus operi, partitus viramq;
 Laeu ministerio, dextra est intenta labori.
 Haec rotat assiduis gyris, & concitat orbem.
 Trita Ceres silicum rapido decurrit ab ictu.
 Interdum fessa succedit laua sorori,
 Alternatq; vices, modò rustica carmina cantat,
 Agrestiq; suum solatur voce laborem.
 Interea clamat Cybalen, quae erat vnica custos,
 Astra genus, tota patriam testante figura,
 Torta comam, labroq; tumens, & fusca colore:
 Pectora laua iacent mammis, compressior aluo,
 Cruribus exilis, spaciola prodiga planta.
 Continuis rimis calcanea scissa rigeant.
 Hanc vocat, atq; arsurâ focus imponere ligna
 Imperat, & flamma gelidos adolere liquores.
 Postquam impleuit opus iustum versatile sinem,
 Transfert inde manu fusas in cribra farinas,
 Et quatit, ac remanent summo purgamina dorso:
 Subsidiit sincera, foraminibusq; liquatur
 Emundata Ceres: leui tum protinus illam
 Componit tabula, tepidas superingerit vndas,
 Contrahit admistos tum fontes, atq; farinas.
 Transuersat durata manu, liquidoq; coacto

Kk s

Inter-

Grataq; nobilium requies lactuca ciborum,
Et grauis in latum dimissa cucurbita ventrem.
Verum hic non domini (quis enim contractior illo?)
Sed populi prouentus erat: Nonisq; diebus
Penales olerum fasces portabat in urbem:
Inde domum ceruice leuis, grauis ere redibat,
Vix vnquam urbani comitatus merce macelli.
Capa rubens, sectiq; famem domat arca porri,
Quaq; trahunt acri vultus nasturtia morsu, *per trahunt*
Intybaq; & tenerem reuocans eruca morantem.
Tunc quoq; tale aliquid meditans intrauerat hortu:
Ac primum leuiter digitis tellure resossa,
Quattuor educit cum spissis allia fibris.
Inde comas apij graciles, rutamq; rigentem
Vellit, & exiguo coriandra trementia filo.
Hac vbi collegit, latum confedit ad ignem,
Et clara famulam poscit mortaria voce.
Singula tum capitum numerosa cortice nudat,
Et summis spoliat corijs: contemptaq; passim
Spargit humi, atq; abiicit: seruatum gramine bullu
Tingit aqua, lapidisq; cauum demittit in orbem.
Hic salis inspergit micas. sale durus adesto
Caseus adijciunt: dictas super inserit herbas,
Et laua vestem setosa sub inguina fulcit.
Dextera pistillo primum fragrantia mollit
Allia: tum pariter misto terit omnia succo.
It manus in gyrum: paulatim singula vires
Deperdunt proprias: color est e pluribus vnus.
Nec totus viridis, quia lactea frustra repugnant:

Nec

Nec de lacte nitens, quia tot variatur ab herba,
 Sape viri nares acer iaculatur apertas
 Spiritus, & summo damnat sua prandia vultu.
 Sape manu summa lacrymantia lumina tergit,
 Immeritoq; furens dicit conuicia sumo.
 Precedebat opus, non iam salebrosus vt ante,
 Sed grauior lentos ibat pistillus in orbes;
 Ergo Palladij guttas instillat oliui,
 Exiguq; super vires infundit aceti,
 Atq; iterum commiscet opus, mistumq; retrahit.
 Tum demum digitis mortaria tota duobus
 Circuit, inq; globum distantia contrahit vnum,
 Conset vt effecti species, nomenq; Moreti.
 Eruit interea Cybale quoq; sedula panem:
 Quem recipit lotis manibus, pulsoq; timore
 Hinc famis, inq; diem securus Simylus illam.
 Ambit crura ocreis paribus, tectusq; galero
 Sub iuga parentes cogit lorata iuuenos,
 Atq; agit in segetes, & terra condit aratrum.

P. VIRG. MARONIS CY.

R. IS AD MESSALAM.

ET si me vario iactatum laudis amore,
 Irritaq; expertum fallacis premia vulgi,
 Cecropius suaves expirans hortulus auras
 Florentes viridis Sophiae complectitur umbras:
 Num mea quaret eo dignum sibi querere carmen?
 Longe aliud studium, atq; alios accincta labores.

Altum